

exposuit die statuto. Quo ea solveret adveniente die, cum ea non solveret, secundo ac tercio inducias accepit nec solvit. Sed ne in posterum aliquam iustam querelam haberet, quartas inducias ipso interpellante usque ad festum beati Martini, quo finaliter omnia terminarentur, accepit. Ipso festo adveniente nuntii mei affuerunt, Gilbertus vero neque venit neque nuntios, qui pro se responderent, misit, proinde ad examen iudicium coram 5 domino Burghardo Magdeburgensis ecclesie burgravio steti et secundum sententiam legum hec omnia optimo ipso burgravio banno imperatorie maiestatis ea michi confirmante, cum Volsterus ministerialis Magdeburgensis archiepiscopi et duo homines mei Anno et Hinricus antea in reliquis ea michi coram Volkmaro schulteto et Hallensibus civibus obtinissent. Cum hoc modo predicta in ius ditionis mee transisset, Hallensibus fratribus ea 10 libera potestate vendendi domino Wichmanno sancte Magdeburgensis ecclesie venerabili archiepiscopo mediante simulque fratribus comite Dedone et comite Friderico nec non Eggkehardo ecclesie beati Petri in Sereno Monte preposito predicto burggravio per sententiam hec eisdem confirmante. Huius rei testes sunt. Godeschalcus de Ladice. Herdolfus de Seburch. Thidericus de Kothinge. Conradus de Ilburg. Otto de Pech civis Hallensis 15 Bruno et frater eius Rodolfus Sico et frater eius Burghardus. Rodmarus et frater eius Burchardus. Conradus filius eius Burghardus. Dethmarus et alii quam plures. Ut igitur hec omnia illibata permaneant in posterum, presentem^{a)} cartam sigillo auctoritatis nostre roborari fecimus.

391.

20

Der Abt von Reinhardsbrunn bittet den Landgrafen von Thüringen, ihn wieder in den Besitz eines Gutes, welches ihm E. vorenthält, zu setzen. [1140—1172.]

Hdschr.: Kop. Perg. Form. epist. (Saec. XII.) fol. 41. Bibliothek Pommersfelden. Phot. H. St. A.

Gedr.: Oesterr. Archiv. 1850. Bd. 2. Heft 1. S. 55.

Ann.: Es ist wohl Landgraf Ludwig II. gemeint, auf den sich zumeist die Briefe der Formulae epistolarum beziehen. 25

Glorioso Turingorum lantgrafio. Reinheresbrunnensium humilis procurator in domino suas suorumque fratrum devotas orationes. Inter regni primates animi virtute vel seculari potentia nulli vos inferiorem scientes de gloria vestra plurimum gaudemus, utque sic transeatis per bona temporalia, quatinus eterna non amittatis, deum sedulo pro vobis exoramus. Ergo quia maximam post deum in vobis spem habemus, nullam nos 30 apud vestram serenitatem causam frustra acturos confidimus, quapropter, ut predium ecclesie nostrae in Bussindorph, quod E. ille diu contra ius celi contra ius fori sibi retinuit, tum respectu iusticie, tum ob eternam apud nos vestri memoriam censura veri examinis nobis restituatis, rogamus.

390. a) in posterum presentem *Ludewig*, fehlt im *Kopial*.

35